# INFLUENCIAS DE QUMRAN EN LA PRIMITIVA COMUNIDAD JUDIO-CRISTIANA DE JERUSALEN

por LUIS ARNALDICH, O. F. M

SUMMARIUM.—*Ex inmensa litteratura Qumramica solummodo pauca fragmenta ad nos usque pervenerunt. Ordo chronologicus huius litteraturae non potest argumentis apodicticis determinari, etsi, iuxta magnae notae auctorum beneplacitum, primum et ultimum locum, respective, occupant* Manuale Disciplinae *et* Bellum inter filios lucis et tenebrarum. *Eo quod maior pars litteraturae qumramicae periit, impossible erit ad totalem et perfectam cognitionem originis, naturae, regiminis interni et contactus huius sectae cum aliis religiosis motibus eiusdem et posterioris aetatis pervenire.*

*Ex documentis quae supersunt, elucet aliquos huius sectae membros vitam communem duxisse in territorio qumramico, dum alii, ad similitudinem cuiuscumque tertii ordinis nostrae aetatis sodalium, vitam familiarem ducebant in civitatibus et pagis Palestinae. In Qumram organisatio ierarchica prout vigebat in primitiva communitate christiana ierosolymitana deprehenditur, cum aliqua tamen differentia quoad auctoritatem supremam. Etiam doctrina qumramica de triplici ablutione (de baptismate in aqua, in aqua et in spiritu, in spiritu tantum in fine temporum) magnas cum illa Ecclesiae primitivae affinitates habet. Quoad ritus externos harum ablutionum forsam influit Qumram decessive in liturgia christiana primitiva circa baptismum. Descensus Spiritus Sancti in die Pentecostes magnum influxum exercuit erga sortem communitatis qumramicae, ex eo quod multa huius sectae membra hanc manifestationem Spiritus interpretati sunt velut authenticum baptismum schatologicum, de quo multoties loquuntur scripta qumramica. In hac occasione plerique sodales ecclesiae qumramicae christianismum amplexati sunt, ex quibus ecclesia christiana aliquos ritus, mores, etc., recepit. Praesertim influxus Qumram deprehenditur in fractione panis communitatis primitivae et in bonorum communitate. Sed Ecclesia Christi toto coelo differt ab ecclesia qumramica, cum qua aliquas tantummodo affinitates externas habet.*

La importancia que han alcanzado los manuscritos de Qumran, puede medirse por la inmensa literatura que, en el espacio de unos años, ha aparecido en torno al tema, en todo el mundo y en todas las lenguas [1].

---

1. BURCHARD, C., *Bibliographie zu den Handschriften vom Toten Meer.* Berlin, 1957; *Internationale Zeitschriftenschau für Bibelwissenschaft und Grenzgebiete,* Düseldorf, 1950 ss.; J. DECROIX, *Les manuscrits de la Mer Morte. Essai de bibliographie,* en «Mélanges de Science Religieuse», 10 (1953) 107-124; 11 (1954) 223-246; J. VAN DER PLOEG, ha «Salmanticensis», 7 (1960).

Universidad Pontificia de Salamanca